

Die Ablaßbulle des Baseler Konzils zum Besten des abgebrannten Schleswiger Domes vom 19. Juni 1441.

Von Professor Dr. Sach, Lübeck.

Das Schleswiger Bistum hatte sich von den Folgen des langjährigen, von 1413 bis 1435 dauernden verheerenden Krieges zwischen den Schauenburger Grafen und dem Könige Erich um das Herzogtum noch nicht erholt, als das Kapitel durch den unglücklichen Brand des Domes im Jahre 1440 (April?) von neuem schwer heimgesucht ward. Da nun bereits in älteren Zeiten, besonders im Jahre 1362, durch Sturmfluten an der Westküste, durch den Untergang von insgesamt 60 Kirchspielen mehr als die Hälfte der Einkünfte unwiederbringlich verloren gegangen war¹⁾, so begreift sich, daß Bischof und Kapitel sich außerstande sahen, aus eignen Mitteln die zerstörte Kirche wiederherzustellen. In dieser Notlage wandten sie sich an das Baseler Konzil um Hilfe²⁾, und dieses stellte denn auch für die schleswigsche Kirche als „eine der ersten regni Daciae“, wie es herkömmlicherweise heißt, am 19. Juni 1441 eine Bulle aus, in der auf 20 Jahre allen, die am Tage Petri und Pauli (29. Juni), am Einweihungstage des Domes

¹⁾ Ueber diese an der Westküste untergegangenen Kirchen und Kirchspiele siehe meine ausführliche Darlegung im „Herzogtum Schleswig“ II 147 ff.

²⁾ Bemerkenswert erscheint, daß die Franziskaner Deutschlands dem Baseler Konzil ihre Ehrfurcht durch den Bischof von Schleswig als Organ ihres Verbandes bezeugen ließen. Harzheim, Conc. germ. V, 853 § 119. Ueber die eigenartige Stellung des Bischofs zum Deutschen Reiche, in dessen Matrifel er 1431 aufgeführt ist, siehe Herzogtum Schleswig III. 64 ff.

(9. September), sowie am Gründonnerstage³⁾ die Kirche besuchten und für ihren Neubau Gaben spendeten, aus dem Schatze der streitenden Kirche vollkommener Ablass verheißen ward.

Auf dem Bischofshofe zu Slevik ließ sich der Bischof Nicolaus Wulf (1429—1474) durch den Propsten Gottschalk Rixstorp⁴⁾ das Original der Bulle vorlegen, um sie zugleich mit der nötigen amtlichen Erläuterung vom 27. April 1442, zu veröffentlichen. Als Zeugen dienten der Schleswiger Domherr Theodor Wolterke⁵⁾ und der Lübecker Priester Jacob Peternele⁶⁾, als kaiserlicher Notar fungierte der Bremer Aleriker Marquard Bars.

Das Original der Bulle ist, soweit mir bekannt, verloren, auch das bischöfliche Transsumpt nur in Abschrift erhalten⁷⁾. Die mir vorliegende Abschrift aus dem Anfange des 18. Jahrhunderts rührt wahrscheinlich von dem schleswigschen Chronisten Ulrich Petersen († 1735) her. Mit der Orthographie verfährt er dabei ziemlich frei, er schreibt stets *ae* statt des mittelalterlichen *e*. Am Schluß fügt er eine ziemlich verunglückte Uebersetzung der Urkunde ins Hochdeutsche hinzu. Benutzt ist die Urkunde in meiner „Geschichte der

³⁾ Ueber die *Jovissancta in coena Domini* als am Gründonnerstage siehe Grotefend I, 21 u. 27; die verkürzte Formel *in cena Domini* findet sich öfter in schl. hollst. Urkunden; dagegen kann ich für die Benennung dieses *viridium*, Tag der Grünen, d. h. der öffentlichen Büsser, die an diesem Tage wieder zum h. Mahle zugelassen wurden, in unseren Urkunden keinen Beleg nachweisen.

⁴⁾ Gottschalk Rixstorp studierte 1436—37 in Bologna (Zeitschr. XXI, 306) war 1439 Archidiacon, 1442, 1450, 1454, 1460, 1464 Dompropst, † vor 1466. Schröders Geschichte der Stadt Schleswig; Anhang Urkunde 6. — Falk, Archiv 9, 454, — Nooht II, 23, 29, — v. Stemann. Geschichte des öffentl. und Privatr. des Herzogtums Schleswig III, 78. — Vergl. Quellenf. VI, 92, 119.

⁵⁾ Der Domherr Theodor W. ist wohl der im reg. cap. (Quellenf. VI, 60) genannte; S. 108 wird ein Dominus Didericus W., in meiner Geschichte der Stadt Schleswig 48 ein *canonicus Frydericus W.* 1435 genannt. Uebrigens steht in meiner Abschrift des reg. cap. *sedecim prebend.* (Quellenf. VI, 75) neben *prebenda decima quarta* der Name Wolterke bemerkt.

⁶⁾ Der Priester Jakob Peternele wird im Lübecker Urkundenbuch VIII Nr. 322 im Jahre 1455 Nov. 25. erwähnt

⁷⁾ *Acta pontificum Danica* III, 1908 S. 132 N. 1861 bietet ein kurzes Regest der Bulle nach dem Repert. 7028 (Mitteil. des Herrn Professors Dr. G. Zicker.) Erwähnt wird die Bulle auch *fragm. histor. Slesv.* bei Westphalen III, 317.

Stadt Schleswig“ 179 und in „Herzogtum Schleswig“ III. 147 ff. Die vorkommende unrichtige Datierung der Bulle (1442) beruht auf Verwechslung mit der Datierung des bischöflichen Transsumpts.

Transumptum literarum synodi Basiliensis dat. anno 1441 de combusta anno (1440) ecclesia Slesvicensi.

In nomine domini amen. Noverint universi et singuli, praesentes literas sive praesens transumptum seu instrumentum publicum inspecturi, visuri pariter et audituri, quod Nos Nicolaus, dei et apostolicae sedis gratia episcopus Slesvicensis, habuimus, vidimus et diligenter inspeximus sacrosanctae generalis synodi Basiliensis literas, ejus vera bulla plumbea cum cordula caerei rubei croceique coloris more curiae ejusdem synodi impendentibus, bullatas, sanas quidem et integras, non viciatas, non cancellatas sed omni prorsus vicio et suspicione carentes Nobis per venerabilem Dominum Gottscalum Rixstorp, nostrae ecclesiae Slesvicensis praepositum, pro parte fabricae ejusdem ecclesiae praesentatas, quas cum ea, qua decuit reverentia accepimus, quarum quidem literarum tenor est talis.

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repraesentans, universis Christi fidelibus praesentes literas inspecturis salutem et omnipotentis dei benedictionem. Ecclesiarum fabricae manum porrigere adjutricem pium apud dominum et meritorium reputantes frequenter fideles ad impendendum ecclesiis ipsis auxilium nostris literis exhortamur et ut ad id eo ferventius animentur quo magis ex hoc animarum commodum speraverint se adipisci, nonnunquam pro his temporalibus suffragiis spiritualia eis munera, videlicet remisiones et indulgentias elargimur. Cum itaque, sicut accepimus, ecclesia Slesvicensis, quae inter alias ecclesias regni Daciae una de primis et solempnioribus esse consuevit, sumptuosis et multum magnificis muris, structuris et aedificiis constructa et aedificata librisque, calicibus aliisque ornamentis ac paramentis ecclesiasticis ad divinum cultum necessariis decenter adornata fuerit, divinusque cultus ibi adeo honorifice et solemniter observari et eragi consueverit, quod fideles illarum urbium ad frequentandum eandem ecclesiam divinisque in ea interessendum singularis devotionis fervore plurimum vocabantur. Postmodum vero ecclesia ipsa casu fortuito ignis voragine miserabiliter concremata pariterque consumpta fuit, ita quod ex illius tecturis devastatis et penitus collapsis muri et alia ejus aedificia magnae ruinae et scissurarum deformitatem patiuntur et ad gravioris desolationis periculum formidantur dictim pervenire et ad quorum reparationem et restaurationem ac ornamentorum paramentorumque hujusmodi inibi etiam destructorum et consumptorum recuperationem et conservationem causantibus gravibus guerris, quae in illis partibus jam retrofluxis temporibus vi-

guerant, ac aquarum inundationibus, per quas etiam loca sexaginta parochialium ecclesiarum, in quibus plus quam medietas fructuum et proven-tuum dictae Slesvicensis ecclesiae consistebat, in mare salsum (pro dolor) sunt redacta, facultates fabricae ipsius ecclesiae Slesvicensis nullatenus sufficient, sed ad id pia Chrisit fidelium suffragia sunt non mediocriter oportuna. Nos igitur cupientes, ut ipsa ecclesia Slesvicensis congruis honoribus frequentetur ac in suis structuris et aedificiis condecenter reparetur et conservetur ac in paramentis et ornamentis ecclesiasticis huiusmodi honestius adornetur, fideles quoque ipsi eo libentius causa devotionis confluant ad eandem et ad reparationem, conservationem et adornationem huiusmodi et ad ipsius ecclesiae fabricam et pro divini cultus inibi augmento manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono coelestis gratiae uberius conspexerint se refertos, de omni-potentis dei misericordia confisi, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui in beatorum Petri et Pauli apostolorum ac dedicationis ejusdem eccle-siae festivitatis nec non die Iovis sancta in coena domini praefatam ecclesiam devote visitaverint et ad reparationem structurarum et aedifi-ciorum nec non illorum et ornamentorum et paramentorum huiusmodi conservationem ac manutentionem ac ipsius ecclesiae fabricam manus adiutrices porrexerint, ut praefertur, pro quolibet dierum huiusmodi ple-nariam omnium suorum peccaminum remissionem de thesauro militantis ecclesiae misericorditer elargimur praesentibus post viginti annos mi-nime valituris. Volumus autem quod si alias dictam ecclesiam visita-ntibus seu ad reparationem et conservationem ac fabricam et divini cultus augmentationem huiusmodi manus adiutrices porrigentibus aut alias inibi pias elemosinas erogantibus seu alias aliqua indulgentia in per-petuum vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos con-cessa fuerit, huiusmodi praesentes nostrae literae nullius existant roboris vel momenti. Datum Basileae decimo tertio Kal. Iulij anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo.

Quibus quidem literis diligenter visis et inspectis ad petitionem et requisitionem Gottscalci nostrae ecclesiae Slesvicensis praepositi prae-memorati huiusmodi literas supradictas per notarium publicum infra-scriptum transumi et exemplari et in hanc publicam formam redigi man-davimus et fecimus, volentes et auctoritate nostra ordinaria decernente, quod huiusmodi transumpto publico ubique locorum de coetero detur et adhibeatur tanta fides, quanta ipsi originali adhiberetur et daretur, si in medium produceretur. In quorum omnium et singulorum fidem et testi-monium praemissorum praesentes nostras literas sive praesens instru-mentum exinde fieri et per notarium publicum infrascriptum subscribi et publicari mandavimus sigillique nostri jussimus et fecimus appensione communiri. Datum Slevick in curia seu domo habitationis nostrae anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo, die Veneris vicesima septima mensis Aprilis hora tertiarum vel quasi, serenissimo principe et domino domino Frederico Romanorum rege tunc regnante, praesentibus honorabilibus et discretis viris domino Theodorico Wolter-

ken, cononico ecclesiae Slesvicensis, et Jacobo Peternelle, clerico Lubecensi, testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Marquardus Bars, clericus Bremensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia hujusmodi literarum sacrosanctae generalis synodi Basiliensis praesentationi, receptioni et decreto omnibusque aliis et singulis praemissis, dum, sicut praemittitur, fierent et agerentur, una cum praenominatis testibus praesens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui ideoque hoc praesens publicum instrumentum per alium fidelem me aliis occupato negociis fideliter conscriptum subscripsi et publicavi et in hanc publicam formam redegi, quam signo nomineque meis solitis et consuetis una cum appensione sigilli memorati reverendi patris et domini, domini Nicolai episcopi Slesvicensis, signavi rogatus et inquisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum.